Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31238
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

tuma holocaustu: Dixit abra
ham: Deus providebit sibi vic
timam holocaustu fili mi. Et
gesta sunt ergo pariter venerunt
ad locum quem ostenderat ei deus
ubique edificavit ibi altare: et
desuper ligna composuit abra
ham. Cumque alligasset ysaac
filium suum posuit eum in altari
super struem lignorum. extendensque
manum arripuit gladium
ut immolaret filium suum. Et
ecce angelus de celo clamavit
dicens. Abraham abraam.
Qui respondit adsum. Dixitque ei:
Non extendas manum tuam super
puerum: neque facias illi quicquam.
Nunc cognovi quia times deum:
et non pepercisti filio tuo unigenito
propter me. levavit igitur
abraham oculos viditque post
tergum arietem inter vepres he
rentem cornibus. Quem assumens
obtulit holocaustum pro filio.
Appellavitque nomen loci illi
Dominus videt. Unde usque hodie
dicitur in monte dominus vide
bit. vocavit autem angelus domini
abraham secundo de celo dicens. Per
memetipsum iuravi dicit do
minus: quia fecisti rem hanc: et
non pepercisti filio tuo unigenito
propter me: benedicam tibi,
et multiplicabo semen tuum
sicut stellas celi: et velut are

rena quae est in litore maris:
possidebit semen tuum portas
inimicorum suorum: et bene
dicentur in semine tuo omnes
gentes terre: quia obedisti voci
mee. Reversusque est abraham
ad pueros suos: abierunt
que simul in bersabee. Col. Ihesu.
Deus qui abrahe famuli tue opere.
humano generi obedientie
exemplum tribuisti: concede
nobis et tue prevaricationis no
luntate frangere: et tuos
preceptos rectitudine tota
adimplere. P. Vox mea.
Factum est in vigilia matu
tina: et ecce respiciens dominus
super castra egyptiorum per columnam
ignis et nubis interfecit
exercitum eorum et subvertit rotas
curruum eorum. Trahebantque eas in
profundum. Dixerunt ergo egyptii fu
giamus israelem. Dominus enim pug
nat pro eis contra nos. Et ait
dominus ad moysen. Extende ma
num super mare: et revertantur aque
ad egyptios super currus et equi
tes eorum. Cumque extendisset moy
ses manum contra mare reversum
est primo diluculo ad pris
tinum locum. fugientibusque egyptiis
occurrerunt aque et involvit
eos dominus in medios fluctibus:
Revolutaque sunt aque: et operuerunt